

9. In septima Synodo, quae est Nicena secunda, Act. i. Presidentibus Petro Archipresbytero Romano Ecclesia SS. Petri & Pauli, & altero Petro Presbytero & Monacho Abbe S. Sabae Roma Vicariis Sanctiss. Archiepiscopi, veteris Roma Adriani. Seguitur Tarafius Archiepiscopus Constantinopolit. nova Roma, Joannes & Thomas Presbyteri Monachi, & Vicarii sedium Orientis Patriarchalium Alexandrie, Theopolis, Jerosolyma, Agapetus Cesarea Cappadocia Episcopus, Joannes Ephesi Episcopus.

10. Octava Synodus, quae est quarta Constantinopolitana, primitus ad. i. Donatum & Stephanum Episcopos, & Macarium Diaconum, Legatos Adriani Papae II. subditus Ignatius Archiepiscop. Constantinop. nova Roma, Deinde Vicarios etiam sedium Patriarchalium Orientis.

11. Obiter in predictis observa, nomen Archiepiscopi pluribus scilicet non fuisse attributum Metropolitanis unius provinciae, ut nunc est usui; sed illis duntaxat quibus multi subjecti erant Metropolitanis; scilicet Patriarchi, & Primatis, seu Exarchi. Decrecente deum apud Grecos religione cum potestate, eorumdemque tamen (quod mirum sit) cresente superbia, copum est novum in Oriente genus Archiepiscoporum nomine tenus, qui licet nulli praesent Episcopis, ex solo Imperatoris rescripto, eoque venali, hoc inane nomine adiacebantur; medique erant inter Metropolitanas & Episcopos inferiores. Hinc effectum, ut in Leonis Imperatoris *statuenda* subiecta Constantinopolitano Patriarche, recenteantur Metropoles una & octoginta. Deinde Archiepiscopatus predicti genitus novem & triginta; & legatus aliquoties apud Neotericos Grecos; Ex Archiepiscopatu Metropolis civitas facta est.

12. Obserua pariter in Occidentalibus Conciliis, salvò jure Legatorum Apostolicorum, qui nemine contradicente supra quosecumque praesederint, aliter factum de procuratoribus quocumque Episcoporum: qui utique procuratores inferiore sedebant loco, quam quem ipse qui mandaverat tenuisset, quoties siebat ut missus Procurator ut Vicarius dignitate Episcopali non prefulgeret. Quinimum separatis ab ordine Episcopali sedibus & subscriptionibus distinguebantur. E diverso, in Orientalium Synodis, missi ab Episcopis absentibus procuratores eodem solebant confidere loco, quem mittens ipse tenuisset.

13. Eusebius Cesariensis qui Nicena in Synodo condidit, lib. 3. vita Constantini, eum, qui primam sedem occupabat a dextro latere, oratione habuisse refert gratiarum actionis ad Constantinum. Theodoritus, autem lib. 1. cap. 7. scribit, eum, qui nomine Concilio orationem gratiarum actionis pronunciavit, fuisse Eustathium Antiochenum; cuius nomen per inviam suppressus Cesariensis, orthodoxis infensus. Ceterum cum Antiochenus esset ordine ac dignitate inferior Alexander, in illa prima sessione ad dextrum latus, infra Cardinalis Bellarminus, lib. 1. de Conciliis cap. 13. fuisse in Niceno Concilio tres sedium ordines, ac exedras. Primum in capite aula, ibique sedebit Constantinum medium inter Osium & Alexandrum Alexandriæ Episcopum. Secundanque exedram fuisse a dextra parte, in qua primus sedet Eustathius. In tertia denique exedra ad sinistram primo confidisse ordinem Macarium Jerosolymorum Episcopum.

14. Certe Osium, Vitum seu Victorem, & Vincen- tium simul praesedit, perpicuum ac exploratum est, tum ex testificatione Athanasi, epist. ad Solitari. ubi etiam refert Osium fuisse Synodi Principem, & Nicena fidei symbolum composuisse: tum etiam ex ipsi Synodi subscriptionibus, tum ex Gelasio Cyziceno, qui acta hujusce Concilii editit, juxta vetus Dalmati Episcopi Cyziceni exemplar, tum etiam ex Photii lib. de septem Synodis, qui etiam in sua Bibliotheca mentionem intericit illius Gelasii operis. Scribit ergo Gelasius lib. 2. cap. 5. adducto etiam ex via Constantini testimonio Eusebii hoc idem afferens, Osium praesedit Legatum Sylvestri Rome veteris Episcopi, tametsi locus iste Eusebii, quem nunc legimus, nihil meminerit de Osi apostolica Legatione. Verum longe major habenda fides Grecis exemplaribus, que ante mille & ducentos annos extabant, temporibus Dalmati & Gelasii, quam illis que posterioribus saeculis schismati Græci, Romania Ecclesie perpetui hostes & amuli, nobis suppeditarunt; corruptis scilicet, aut suppressis ipsorum malignis locis ad eminentiam Ecclesia Romana pertinentibus. Verum enimvero ipse Osium Hispanus Episcopus praesidentis Patriarchis, in aliena eaque Orientali re gione praesidere neque presumisset, neque permisus fuisse, nisi eodem titulo cohonestatus Apostolici Legati, qua sola dignitate, nemine contradicente, Victor & Vincentius tantum Presbyteri, Patriarchas eadem in Synodo antecesserunt.

15. Cardinalis Baronius aliter Nicenorum Patrum confessum disponit, cuius potior in hac parte mihi videtur sententia, utpote inequentium Conciliorum ordinis & usui conformior. Conset ergo Constantinum seorsum sedis humili ac demissi sedili aureo, ut in ipsius vita lib. 3. cap. 10. scribit Eusebius: addens non ante sedis, quam rogatum a Patribus, neque fuisse solito fatigatio stipatum, sed primaris aliquibus aule regis Proceribus. Baronius porro duos tantum fuisse confessus autumnum Concili Patrum: dextros unum, sinistrorum alterum. Atque in isto Legatos Romani Pontificis confidisse primum, sub his vero asseditis Alexandrinum Patriarcham. At vero in dextero confessu sedis primo loco Patriarcham Antiochenum, & sub eo Macarium Jerosolymitanum, aliosque deinceps hinc inde Episcopos. Cum enim exploratum esse debeat, inequentes oecumenicas Synodos se ad Nicenam hujus exemplum conformasse; legitur act. i. Chalcedonensis Concili Se natum in medio ante cancellos Secretarii confidisse. A sinistra vero Legatos sanctissimi veteris Roma Episcopos Leonis, post hos deinde Anatolium Constantinopolis nova Roma Archiepiscopum, & Maximum Antiochenum. A dextro autem latere Diocorum Alexandriae, & Juvenalem Jerosolymorum Episcopum. Itaque prima exedra dextera sedes reservatur secundo Patriarche qualis erat Antiochenus in Synodo Nicena & in Chalcedonensis Alexandrinus: quia jam tunc Constantinopolitans Episcopus cooperat prima sedis post Romanum Episcopum honorem sibi vindicare.

16. Ad huc in sexta Synodo actione i. referunt fuisse Constantinum, dictum Pogonatum, Augustum, cum Patriciis & Consulibus. A lava autem parte Legatos Apostolicas sedis, deinde Vicarium ac Apocrisiarium Episcopi Jerosolyma, aliosque deinceps Prefices. A dextra vero parte Constantinopolis Episcopum, deinde Theopolis, quae est Antiochia, tertioque loco Vicarium Episcopi Alexandrinus. Cur autem Episcopos Jerosolymitanus inferior Alexandrino & Antiocheno, immediate tamen Legatis Apostolicis assederet, ideo factum quia cum multi essent Apostolici Legati, quos non erat aquum ab invicem disjungi, Jerosolymitanus ex consequenti multis ante se habebat fellores: Antiochenus ex alia parte unicum supra se patiebatur sacerdotem Constantinopolitanum, ideoque Antiochenus Episcopus honorarium pro Jerosolymano fissionem occupare hac in Synodo censembarat, hac ratione; quia ex suo latere ad uno duntaxat precebedatur. Solidis vero rationibus Baronius probat ad annum 325. n. 52. & ad ann. 213. n. 6. in sacris & Ecclesiasticis rebus præcelluisse olim sinistram dexteram, tum in Oriente tum in Occidente. Que res si comperta Petro Damiano Cardinali suscit, dum in tractatu de picturis Apostolorum Petri & Pauli disceptabat, quos sum Petrus ad sinistram, Paulus vero ad dexteram pugnat ac sculpi soleret, nequam se fatigaret in conquierendis Pauli supra Petrum prærogativis.

VICARIORUM ROMANI

Pontificis differentia.

1. Romani Pontificis Vicariorum multiplex discrimen fuit. Quidam enim dicebant legati a latere, quidam Cognitores, seu Commisarii, dicti a Concilio Sardicensi can. 3. & 5. *et r. Cognitores*, habentes mandatum seu commissionem a Papa, ut caussa in Provinciis aut Diocesis exortas inquirerent, vel judicarent, vel reverirent: maxime in iudicis appellationum ad supremam Sedem. Alii dicebant Apocrisiarii seu responsales, quorum hodie locum & munus implent Nunci Apostolici. Mittebantur ad Imperatores ut res Ecclesie apud eos procurarent, aut iura Romana Ecclesie tuerentur. Frequens eorum mentio in Episcopis Gregorii Papæ. Quietiam ali quoque Episcopi suos, ubique opus erat, Apocrisiarii habebant. Anatolius enim, quem Dioecorus Alexandrinus promovit ad Constantinopolitanam Ecclesie sedem Patriarchalem, fuerat pridem eiusdem Diocesci in regia civitate Apocrisiarius. Et Georgius Presbyter subscriptus in sexta Synodo legitur, cum titulo Apocrisiarii sedis Jerosolymorum. Neque vero ad solum Principem, sed ad diversos etiam Episcopos, praesertim ad Patriarchas & Exarchas Ecclesiasticos & ad Metropolitanos, ut fidem facit Justinianus Novella 6. cap. 2. circa fin. & cap. 3. Idemque Novella 123. cap. 25. Quo etiam loco decernit non posse illos validam inire conventionem ultra Episcopi vel Ecclesie delegantis mandatum. Scribit Sanctus Gregorius Papa lib. 14. Moralium, cap. 29. se Apocrisiarii munere functionum olim Constantinopoli apud Tiderium Augustum, jubente

jubente Pelagio praedecessore. Post Legatos a Latere, post Cognitores, post Apocrisiarios, quartum & nobis summum Vicariorum Apostolicorum genus constituebant Primates.

2. Primatis tamquam Vicariis supremæ Sediis con cerebatur a Summo Pontifice potestas & jurisdictio supra plures Metropolitanos, & his subiectos Episcopos. Ita S. Leo Papa epist. 84. Anastatum Thessalonices Episcopum Vicarium suum creat in multis Europa provinciis ad Orientem vergentibus, quas signillatum recentet Nicolaus primus epist. 2. ad Michaelem Imperatorem. Addit S. Papa ibid. praedecessores Anafasti fuisse simili ter praedecessorum Romanorum Episcoporum Vicarios. Huc referunt nonnulli causam canonis 20. Concili Sardicensis, prohibens extraneis Clericis diutinam Thessalonica moram; & hanc addunt rationem, quia propter primatis Thessalonicensis residentiam eo confue re solebant complures ex vicinis provinciis Clerici, qui itibus nonnunquam superfluis & temerariis impliciti, vel supervacanea negotiorum apud auditorium Primatis gestione, vel capti civitatis splendore ac amonitate diutius a propriis Ecclesiis aberant.

3. In veteribus Conciliis, antequam Justiniano Augusto postulante, Vigilius Papa Vicarium Thessalonice ablatum transtulisset Acrium Bulgariz urbem, quae Justinianus patria natalis fuit, quamque ille de le Justinianam primam dici voluit, subscriftus Thessalonicensis Episcopus inter primos, post Patriarchas, Episcopos, ut superiori capite commostratum fuit. Vident ad hoc Justiniani Novella 131. cap. 3. Calestini insuper Pontifex, in causa heresies Nestorianæ, Cyrillum Alexandriæ Episcopum sibi creat Vicarium, ad hoc ut Constantinopolis Ecclesiam regat, quam infelix Nestorius quasi lupus devastabat. Supersunt hac de re Calestini Papa litterae ad Cyrilum, & Cyrilli ad Clerum & plebem Constantinopolis tomo 4. operum Cyrilli.

4. Deinde Hormidas epistol. ad Salustium Hispalis Episcopum constituit ipsum Apostolicum per omnem Baeticam & Lusitaniam Vicarium suum. Idemque Remigio Rhenensi Episcopo eamdem potestatem per universam Clodoviæ dititionem, quem vocat ibi Ludovicum Francorum Regem. Litteras filio Pontificum Zofimi, Symmachi, Vigili, Gregorii Magni, quibus promovent Arelatenenses ad quos scribunt Episcopos, ad Vicariatum Apostolicum super plures Galliae provincias. Complures alias Primarias prætermitto, quas diversis temporibus Romani Pontifices, tum in Galliis, tum in Hispaniis, tum in Germania, tum in Anglia constituerent.

5. Canonici juris professores Legatorum Pontificiorum tres species distinguunt cum glossa cap. 1. & cap. excommunicatis, de officio Legat, in 6. ut sint alii dicti a Latere, alii Legati nati, alii missi sive Nunci Apostolici. Natos vocant canonista Primates, quales sunt, aut olim fuere, certarum civitatum Episcopi, quibus eorumne sufficiens id contulit potestatis summus Pontifex in plurim Provinciarum Episcopos, quælia suppedant exempla Rhemenes, Arelatenenses, Hispalenses, Thessalonicenses, aliisque paulo ante commemorati Episcopi, amplitudine jurisdictionis in plures finitimas Provincias ab Episcopo Romano decorati & cohonestati. De missis Legatis sufficiens quoque a nobis facta mentio, sub nomine Apocrisiariorum. Legatorum autem a Latere, nunc est primaria splendoriorque dignitas, quoniam his temporibus non solet illa committi nisi Cardinalibus, qui nunc soli dicuntur nati confilarii Romani Pontificis, cum soli ejus Senatum & sacratissimum Consilium ex officio constituant, ideoque nunc soli ex eius latere censeantur ad illustriora ministeria delegari; five ut Conciliis presint, eaque indicendi potestatem habeant; five ut res maximis momentis cum supremis Principibus & populis tractent & defiant. Verbum illud, a Latere, legitur in Sardicensi Concilio can. 7. sed non cum uique adeo illustri significacione, qualem comprehendit Eminentissimorum Cardinalium Legatio. Sanctus quoque Papa Leo haec eadem expressione uitetur epist. 14. ad Faustum, dicens: *Cum enim propter caussam fidei, quam Eutyches perturbare tentavit, de latere meo mittem, qui defensioni veritatis assisterent.*

DE LOCO SYNODI NICÆNAE

aliorumque nonnullarum in sequentium.

1. Venerabilis Orientis Conciliorum quedam conveniunt in ædibus Imperialibus: atque in primis istud Nicænum in Aula Palatii Constantini, ut fidem facit Eusebius lib. 3. vita Constantini, cap. 12. Sexta pariter Synodus, sub Constantini Pogonati Imperio, Cabassuti, Notitia Ecclesiastica.

in ea Regis parte qua Trullus dicebatur. Quo eodem loco Synodus Quinsexta coacta legitur, sub Justiniano secundo, In Occidente quoque Constantini Magni sollicitudine, Causa Ceciliani Carthaginensis & Donatistarum, in Concilio Romano, præfide Melchiade Pontifice, dijudicata fuit intra Imperiales ades, quæ tunc Fauste conjugis Constantini dicebantur, confitutas in monte Calio a Plautio quadam Laterano, quem Nero ut in ejus opes invaderet, supposito perduellonis crimen, gladio necari iusterat. Cujus est etiam apud Hieronymum mentio epist. 30. ad Oceanum: *Tanta (inquit) urbe inspectante Romana ante diem Pasche in Basilia, quæ quondam Laterani, qui Cesariano truncatus est gladio, staret Fabiola in ordine penitentium.* In his enim adibus splendidissimum potea templum Constantinus Christo Salvatori edificavit, in quo illustrissima inter matronas Romanas Fabiola publica penitentia perfundita est, & intra quod multi Romani Pontifices diversa memoranda Concilia, dicta communis nomine *Laterana*, deinceps celebrarunt.

2. Cetera per Orientem Synodi intra sacras Basilicas coacte fuerunt. Constantinopolitana quidem, quæ numeratur inter oecumenicas secunda, convenit intra Oratorium Sanctorum martyrum Pantaleonis & Marini; qui facer locus ex tunc *episcopia* id est *Concordia* nominatus est, propterea quod centum & quinquaginta Episcopi in eandem fidei sententiam adversus Macedonii heresim unanimes convenerunt; ut testatum reliquit Joannes Damascenus in tertio de sacris Imaginibus tractatu. Epiphena quidem intra Dei genitricis Virginis Maria templum, ut ejus acta testantur, celebrata est. Chalcedonensis intra Ecclesiam sancte Virginis & Martyris Euphemie in ipso Sanctuario. Nicæna altera in templo ante ambonem. Octava Synodus in eadem S. Sophia intra catechumenorum stationem, ut earum acta probant. Haec quoque duas postrem scripto afferunt, sacros Evangeliorum codices fuisse in medio & honoriante Patroni confessu collocatos. In octava Synodo additæ sunt vivifica Crucis reliquia, προπλευτον τον εις την Ειρηνην, την αγίαν διαχειριστην: προφετος venerabilis lignis, & sacro fætido Evangelii.

S Y M B O L U M N I C Æ N I

Concili.

I Stud refert Athanasius tract. de fide ad Jovianum Augustum, Rufinus, Socrates, Theodorus prout hic subiicit: *Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium factorem. Et in unum Dominum Iesum Christum Filium Dei, ex Patre natum unigenitum, idest, ex substantia Patris, Deum verum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero. Natum non factum. Confubstantiam Patri. Per quem omnia facta sunt in celo & in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnationatus est, & homo factus. Passus est & resurrexit tercia die. Et ascendit in celos. Et iterum venturus est iudicare vivos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt: Erat aliquando quando non erat, & antequam naferetur non erat: & quia ex iis quæ non sunt factus est: aut ex alia substantia vel essentia dicunt esse, vel creatum; vel mutabilem; vel convertibilem filium Dei, anathematizat Catholica & Apostolica Ecclesia.*

A D N I C Æ N O S C A N O N E S

primum & secundum.

1. Can. I. *Si quis a medici propter languorem defensus est, aut a barbaris abscessus, hic in Clero permaneat. Si quis autem seipsum sanus abscedit, hanc eriam in Clero constitutum abstineri convenit. Et deinceps nullum debet talium pronoveri. Sicut autem hoc claret, quia de his qui hanc rem affectant, ardenter semper eos abscondere dicunt: Sic eos, quos aut Barbari, aut domini captivaverunt, si inventantur dias digni, tales ad Clerum suscipit regula.*

2. *Efertur quoque in Decreto, c. si quis a medicis dist. 55. Ipsi canoni occasionem fortassis Leonius Presbyter dedit, qui, ut scribunt Athanasius. Apolog. de fuga sua, in fin. Socrates lib. 2. cap. 21. Theodorus lib. 2. cap. 24. postulatus in honesta aut suspecta cum Eusebii juventula consuetudinis, iustissime ab Antiocheno Praefule Eustathio ut defenseret, sibi virilis ad amovendam*